

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 6: De ipocrisis (9)

Bernardus:

Ipocrite volunt esse humiles sine despectu, pauperes sine defectu, bene vestiti sine sollicitudine, delicate pasci sine labore, aliis detrahentes, aliis hadulantes, mordaces ut canes, dolosi ut vulpes, superbi ut leones,

[fons nondum repertus]

intrinsecus autem sunt lupi rapaces,

Adtendite a falsis prophetis
qui veniunt ad vos in vestimentis ovium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces. (Mat. 7:15)

dulcedinem inanis glorie et latentis lascivie ut ursi querentes,
volunt esse sine auctoritate iudices, sine visu testes,
postremo falsi accusatores et omni veritate carentes.

[fons nondum repertus]